

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

974 - 976

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

43. Otto II imperator Erchanbaldo Argentinensis ecclesiae episcopo petente praepcepta antecessorum suorum sibi oblata, quibus homines memoratae ecclesiae ab omnibus vectigalibus immunes declarabantur, iisdem fere verbis ac Ludovicus Pius (nr. 23) confirmat. « notum igitur esse volumus ». Willigisus cancellarius vice Rodberti archicapellani subscripsit. data 4 idus aprilis anno dominicae incarnationis 974, indictione 2, anno regni 13, imperii 6. actum Quidilingeburg. 974 April 10 Quedlinburg.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 376 cop. chart. sec. XVII.*

*Gedruckt ex inserto diplom. Caroli IV imper. a. 1356 bei Würdtwein Nova subs. dipl. III, 410 nr. 111 = Grandidier Hist. d'Als. I p. j. p. 140 nr. 302 i. Auszug. — Böhmer nr. 465; Stumpf nr. 621.*

10

44. Kaiser Otto II schenkt auf Bitten des Bischofs Erchenbald von Straßburg den an der Kirche der heiligen Maria daselbst dienenden Brüdern das Königsgut Mittersheim. [976] Juni 8 Ingelheim.

(C.) : In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia  
 15 imperator augustus. si sacris et deo dicatis locis aliquod subsidium ex nostra largitate conferimus, ; non solum imperialem in hoc decenter exercemus dignitatem, verum etiam aeternae remunerationis praemia inde nobis liquido provenire confidimus. quapropter noverit omnium fidelium nostrorum praesentium videlicet et futurorum industria, quia Erchenbaldus sanctae Argentinensis ecclesiae venerabilis episcopus  
 20 nostram deprecatus est celsitudinem, ut quendam fiscum nostrum nomine Milcei<sup>1</sup> ad ecclesiam sanctae Mariae in usus fratrum ibidem deo famulantium cum omnibus illuc pertinentibus pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum jure perpetuo traderemus. statimque nos postulationes illius saluberrimas agnoscentes decrevimus ita fieri. concessimus itaque ad suprafatam ecclesiam fiscum nostrum praenominatum  
 25 Milcei cum omnibus eo juste et legitime aspicientibus et capellam unam cum omni decimatione ejusdem terrae, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, terris, agris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, cultis et incultis, exitibus et redditibus, viis et inviis, mobilibus et immobilibus ea videlicet ratione, ut deinceps ad luminaria facienda et usus fratrum ibi deo famulantium jure  
 30 pertineat perpetuo nullusque episcopus, qui pro tempore constitutus ibi fuerit, potestatem habeat, alienae quolibet personae illud in beneficium dare seu aliquid eis inde subtrahere, sed liceat eis easdem res secundum propriam voluntatem et utilitatem regere, ordinare et disponere, quatinus devotius pro nostra salute dei clementiam exorare valeant. ut autem haec auctoritas largitionis nostrae plenior in dei  
 35 nomine obtineat firmitatem et per futura tempora ab omnibus diligentius observetur,

<sup>1</sup> Mittersheim bei Finstingen in Lothringen. Ich schließe mich der begründeten Interpretation von Grandidier Hist. d'Als. I p. 146 not. a lieber an als der Vermuthung Schöpfins l. c. not. m: Melsheim bei Hochfelden.